qui postquam eodem venerat, prope Uticam castra posuere, et spe pacis oblata
accersito Carthaginis senatu, universa navigia eis tradita sub oculis
civium cremanda incendio dederunt. Arma deinde et omnia bellica instru-
menta cum ccc. obsidibus impetrarunt. tanta hec fuit armorum copia ut si fi-
dei auctorum credimus, tota ferme Affrica muniri potuisset. his omnibus ob-
tentis, cives x. passuum ab ipso mari discedere, et alio nova menia con-
dere si salvi esse vellent, ex precepto iusserunt, qua improba re Carthagi-
nenses obstupescere primo deinde trepidare. mox cum deploratum publice esset
in furorem versi, tanta desperatio animos cepit, quod si non armis nudis saltem
manibus urbem defendere, ac prius quam alio migrare cum ipsis menibus cor-
ruere presumpserunt. Ex auro argentoque profecto et ere cudere arma, ex
domibus tabulis refectis fabricare naves attentarunt, matrone supple-
mento deficientium proprios obtulere crines et in armamenta classium su-
pellectilem verterunt tantus furor pugnandi affuit amentibus.
Ita postquam a consulibus obsidione urbs conclusa, armis fatigata in-
defesse laboraret, in hispania rebus profligatis, ex mandato patrum auxi-
lio consulum in affrica fatale Carthaginis excidium, Scipio emilianus
traiecit quare religionis tribunus, sub manlio consule militatu- = al' quarte legionis
rus tunc armis solicitari et assiduis certaminibus vexari Cartago iu-
sa est nec solum cum ipsis civibus verum et cum ipsis menibus terribilius
oppugnandam fuit nec minore argumento defensam quam petitam ferunt. Cum
magna rerum necessitas, multa et varia adversus hostem exercuit et expri-
deavisset. At dum iniquo Marte invaderentur menia, duo tribuni cum
commilitonibus suis partem muri que neglecta videbatur aggressi, ex im-
proviso punica fraude circumsepti perditum iverant, nisi e tanto discrimine
in tutum restituti essent Scipionis adventu. paulo deinde post ab hoste inopi-
nato concursu castra romanorum contusa, et acerrimo conflictu nu-
tantia liberandi eiusdem gloria fuit, qui summa vigilantia paratior
aliis periculis ubique erat occursurus. Hec inter in hasdrubalem pe-
norum ducem qui ingenti manu equitum de industria saltum ad ingressum
nostris loca satis iniquum captaverat, ducere agmen Manilius consul
properat, cum Scipio persuaserat tamen in sinistro situ minime confligendum
quod si fecisset imminere romanis periculum exitium. Verum invidia bene meri-
tis semper adversa, cum in eum iam elaboraret salutare consilium plurium
sententia haud comprobatum est. Igitur consul cupidior glorie quam res po-
stularet inconsulte processit hasdrubalem invasurus. At ubi de se pugna-
ndi copiam fecisset dux penorum ut ulterius consulem alliceret paula-
tim contraxerat agmen. ideoque consertis manibus, romanorum exercitum in
insidiis occupatum penitus confixisset qui clade obrutus iam in consilio
fuge sedebat, cum Scipio ad hoc quod providerat intentus, postquam romanos tre-
pidantia terga volventes conspexisset, manu equitum in saltum mature trans-
gressus, consule restituto hostem attritum compulit abire. Que ab eo ma-
gnifice gesta ubi rome innotuissent, Catonem dixisse aiunt, reliquos qui in Affri- Cato
ca militarent umbras esse. Scipionem vigere quod clarissima voce cum propter etatem

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_933/0303
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG